

ne his fruentur, quos hortamur, ne recte [A 8r:] tradita alienis et commentitijs interpretationibus deprauari aut contaminari neue peregrina assui permittant. Sed haec, ut a praeceptoribus nobis tradita sunt, recte intelligere adolescentes suae fidei commissos assuefaciant et τὴν καλὴν παρακαταθήκην¹⁷ posteris conseruare integram et illibatam studeant et Deum toto pectore precentur, ut repurgatae doctrinae lucem nobis incorruptam conseruet ac reprimat conatus eorum, qui manifestae ueritati maliciose et petulanter aut ueteratorie et fraudulentur illudunt. 5

Te Fili Dei, domine Iesu Christe, oramus ut asseras et uindices gloriam tuam et de doctrina, quam ex ore ac patefactione tua sonamus, testificeris posteritati, sa-[A 8v:]nes uulnera ecclesiae, reprimas sophistas sycophantas, tyrannos, architectos artificiorum et consiliorum Sinoniorum,¹⁸ tuearis consensum inter nos de ueritate tua, ut uno spiritu, una fide, uno ore te celebremus in hac uita et in omni aeternitate. Amen. 10

Witebergae calendis Ianuarij inchoantibus annum Christi seruatoris M.D.LXXI. 15

Decanus, senior et doctores theologiae facultatis in academia VVitembergensi.

¹⁷ II Tim 1,14 (textus receptus).

¹⁸ Sinon war der Name des Mannes, der die Trojaner überredete, das Pferd in die Stadt zu holen. Vgl. Vergil, Aeneis 2,79ff.